

nem secutos Septuaginta constat. Nunquam Versio hæc nostra nisi Catholicum sanamque sensum præferret; quod satis habendum arbitror. Neque eidem Versioni admittendæ difficultiores nos præbere par est præ tot Viris Sanctissimis, qui jam inde ab ipsis Ecclesiæ crepundis ex ipsa eadem

Versione & precum & instructionum suarum ad populum argumenta deduxerunt. Neque ingratum accidit Ecclesiæ, si quis de suis filiis ad varios consulendos Textus se conferat, quod scilicet sensus omnes atque totum Psalmorum leporem sub oculis ponat, quemadmodum inter cæteros Cardinalem Bellarminium præstitisse constat. Cæteras Poeticas Scripturæ Lucubrationes ex Versione S. Hieronymi ex Hebræo expressas habemus.


Non est autem cur vehementer miremur, si in rebus Poeticis alius planè sit nostræ ætatis, ac veterum genius. Ut enim assentatio omnis abeat, fatendum est, Poesim hanc nostram multò vetustæ illi concedere; quamquam enim cultiori utamur eloquio, & naturæ magis studeamus, quàm veteres illi, & elapsi sæculi Poetæ; in rebus tamen multum illis deferimus. Potissima enim Poetarum occupatio sunt blandi quidam, & molliuscule amores, crapula, & alia hujus generis, ut non nisi voluptatem carmina spirant; atque id tandem commissum, est invito licet antiquitatis, quam imitatione exprimentam suscipiunt, gentio, ut infames illæ cupidines cum toto vitiorum sese comitantium satellitio in Tragediam & Heroica carmina irrupant; quæque ad gravitatem componenda erant carmina, hæc adolescentulorum animis lasciviam instillarent; nihil morantes variorum Poeticorum characterum adeo religiosè à Præfatis servatam distinctionem.

Ego quidem nunquam in animum indoxerim, dignam hanc esse nobilium ingeniorum occupationem. Quis credat Deum ad hoc potissimum homines quosdam instruxisse acri quâdam imaginandi facultate, vividis rerum ideis, gratiâ, in feligendis verbis felicitate, ac tandem cæteris omnibus, quibus Poeta formatur, quod præclaris hisce animi dotibus jucundè nugari, & criminosas quasdam voluptates dulcius insinuare permittantur? Crediderim potius tot simul veluti linimentis severioris veritatis dogmata mulceri voluisse, quò facilius forberentur, & veluti cibus sapimentis, ita pariter utilissima ad mores instruendos dogmata carminis blandimentis condirentur.

Ut quid tandem utile separaretur à dulci? Ut quid doctrina salutis, & pietatis, sili inelegantia & prolixitate, in medicamina quædam ingrata vel in cibos insuaves & tristes pareretur; quos eum gustare cogaris, validâ mentis rationisque intentione te præmuniri necesse sit? Cum interim genius, studium, politiores artes impendantur sapimentis, pharmacisque componendis, quorum illecebris pellecta juvenus virus exorbet? Sive igitur Poeticas artes omnes damnare oportet, quod sapientium nemini probabitur; sive digniori argumento reddere, & cum genuinâ illa probatâque Philosophiâ, nempe cum morali doctrinâ & solidâ pietate, componere. Novum illud quidem esset scribendi nostris literis genus, neque enim vulgata sunt hæcenus Opera satis digna, quorum esset Christianum argumentum; satisfique seio sæculi hujus corruptionem atque nimiam ingeniorum licentiam totum undique Orbem pervagantem, magni adversus Lucubrationes illas futuras momenti; sed facile etiam eâ in re non nihil ab Authoribus peccatum est. Neminem ego quidem offendi, qui Cantica ejusdem characteris ac in Scriptura pangerent, & in ipsis, quorum Translatio adornata est, Psalmis non satis provisum est, ut figuræ omnes, quæ potissima est elegantia hujus generis Operum, servarentur. Quidquid Translatio appellatur, illud paraphrasim adeo prolixarum genus est, ut sensus Prophetæ non nisi aliis plurimis intermixtus oppressusque tradatur. Quare facile præstare imitatione illos potius, quàm verendo exprimere; & cum ejus generis carminibus plura contineantur à nostris usibus moribusque abhorrentia, laborandum esset proinde, ut paria ad nostros mores conderentur. Nimirum in mysteria novæ Legis, ejus constitutionem, & successum, in gesta Sanctorum; in beneficia, quæ genti nostræ, regionis, Urbi Divinius collata sunt; in axiomata doctrinæ moralis, in felicitatem justorum, in contemptum divitiarum &c.

In suscipiendis ejus generis Operibus an arduum aliquid occursum sit, me penitus fugit. Consilium tamen illud optimum fuisse quis negaverit? Et si quis de suis viribus eâ in re desperet, non est tamen cur liventi oculo meliori successu in idem argumentum laborantes suscipiat. Plurimi igitur æstimanda est Poesis Hebraeorum, quando etiam de ejus imitatione desperaretur.

DIS.



DISSERTATIO

IN MUSICAM VETERUM, & POTISSIMUM HEBRÆORUM.

Cum de musica Veterum ac potissimum Hebræorum agendum cogitamus, simplex statim aliquid ac rude succurrit: semel enim falsâ illâ persuasionem occupati, mortalia res omnes perfici in dies, & sæculum nostrum politiorum artium cultu rerumque cognitione omnibus retro sæculis præstare; ita pariter de Musica philosophamur, rati nostris in eam rem inventis Veterum harmoniam & ruditer multum concedere. Ex quo tamen ipsum vetustatis limen attingitur, statim hæc omnia de mente facescunt, & præjudicatis opinionibus ipsâ rei veritate derogatur. Neque enim bona illa vetustas ingenio nobis quicquam ac rerum inventionem cedebat. Vincere etiam studio in musicam suo nostros in illam amores. Plus erat pariter eâ ætate Musicis concessum quâ honoris, quâ divitiarum, quàm hodie ejus generis hominibus tribuatur. Illud denique constat, admiranda & prodigiosa fermè de veterum musica referri, quæ frustra à nostra quaras. Est itaque ambigendi locus, an musica nostrorum temporum ejusdem sit cum veteri perfectionis.

Veteris musicæ simplicitatem, tanquam rudioris adhuc facultatis defectum, plures quidem reputant; nos tamen jam perfectæ dotem illam fuisse defendimus. Quod enim ad naturam ars aliqua magis accesserit, eò perfectior habenda est: simplicem autem musicam ad naturam magis accedere, & hominis vocem ejusque passionem melius imitari quis neget? Labitur illa facilis in intima cordis, movendisque affectibus nihil aptius, uno verbo, singulares musicæ effectus, blandiendi nempe cordisque emovendi, tutius assequitur. Fallimur etiam in ea, quam Musicæ Veterum tribuimus, simplicitatis notione. Simplissima enim erat unaque pariter numerosissima. Quàm multa enim norant Veteres instrumenta hodie nobis incognita, cum interim neque symphoniarum ratio, neque vocis harmonia illos lateret (a)? Illud etiam commodi Musicæ illi præ nostræ accidebat, quod instrumentorum sonus verba non obrueret sed adjuvaret; unaque simul melodia aures mulceret, & cor pariter blandâ titillatione moveretur, cum interim spiritus carminis elegantia, suavitate, &

granditate caperetur. Impressæ à carminibus ideæ menti spectaculo erant, ac symphonia interim aures, & corda oblectabatur. Nihil est proinde cur miremur, si de musicæ veteris effectibus mira ferantur; juncta enim simul habebat, quæ in nostris theatris non nisi divisa delectant.

Nec minus falluntur, qui musicam tanquam recens inventum suspicientes, perfici semper ulterius credunt, ut quò magis in dies adolescit, eò majores gratias acquirat. Vetustissima est enim musicæ facultas, & sapius è culmine suo excidit; ut proinde in præsentia magis pristino statui recipiendo, quàm novo alicui acquitando laboret. Non erant ante Diluvium & Musici, & musica instrumenta, cujus ætatis fragmenta quedam Poetica, canenda sanè à Musicis (cum olim carmina omnia musicis usibus destinarentur) supersunt. Jubal (b) fuit pater (docuit nempe) canentium citbarâ, & organo, Hebr. Kinnor, quod facillè lyram designat, & Huggab, nempe vetus organum, de quo infra. Porro Jubal sextum à Cain parentem habuit Lamechum, ejusque ætate nonam jam generationem, si Adam & Jubal computentur, Mundus à creatione sua numerabat. Est igitur musicæ epocha ante Diluvium constituta, vetustissima oppidè & nunquam longius repetenda. Quod sanè mirari subit de musica facultate, vitæ usibus prorsus non necessariâ. Paret ejusdem artis vetustas etiam ex historia Jacob, qui focero suo Labano clam relicto aufugerat; hunc enim Labanus deinde profecutus, cum in montibus Galaad tenuisset, his verbis Jacob objurgavit [c]: Cur ignorante me fugere voluisti, nec indicare mihi, ut prosequeretur te cum gaudio & canticis, & tympanis, & citbaris? De singulis hisce instrumentis peculiariter Dissertatione agemus.

Aliud de vetustate Musicæ argumentum deducitur ex ipsa Poesis antiquitate; altera enim ab altera olim non sejungebatur (d). Nullum enim erat cæcæ, quod musicæ usibus non destinaretur, idemque habebatur cæcæ cantare ac recitare. Porro nullis sæculis nullisque gentibus ignotam fuisse Poesim satis constat. Illud Lamechi ad geminas uxores suas Adam, & Sellam [e]: Audite voces meas, uxores Lamech, auscultate sermonem meum: Quoniam occidi virum in vulnus meum, &

a Senec. epist. 48. Nonne vides quàm multorum vocibus chorus consistit? Unus tamen ex omnibus sonus redditur. Aliqua illi acuta est, aliqua gravis, aliquam mediâ Accedunt viris femina, interponuntur tibia. Singulorum tibi latent voces, omnium apparent.

b Genes. 4. 21.

c Genes. 31. 27.

d Plutarch. Libello de Musica.

e Genes. 4. 23.

adoleſcentulum in livorem meum, ſeptuaginta ſexto dabitur de Cain; de Lamech vero ſeptuaginta ſepties: verba, inquam, hæc vetuſtum carmen referunt, quemadmodum & benedictiones, quas Noe in Semum, Japhetum, & maledicta, quæ ille in Chanaan [f] imprecatuſ eſt. Carmen pariter reddunt poſtrema Jacobi morituri verba (g). Carmen magis elimatum magiſque ad regulas muſicæ prompſit Moſes in Cantico, quod occasione tranſtationis Erythræ cecinit.

Vetuiſſimi omnium Græcæ Scriptores Poetæ ſunt (h), ut ſcripta proſa oratione Opera nonniſi poſt carmina obtinerent. Quin & primi illi ſolutæ orationis Scriptores poeticum guſtum & phraſim, eandemque in tractandis argumentis rationem ſervarunt, ut ſolo numero, & ſono eorum Lucubrationes à Poeticis diſtinguerentur. Cæterum eadem erat utrinque, in ornamentis ſcilicet & poeticis fabellis adminiſtrandis, licentia. Hinc Herodotus e. g. omnium primus, quorum hiſtoria ad nos tranſiit, Opus ſuum novem Muſis inſcripſit, & plurimis, quæ fabellam ſapiunt, Opus illud inſerit. Cadmus Mileſius primus legitur, qui hiſtoriam proſa oratione ſcripſerit (i). Pherecidas Syro Inſula oriundus, qui primus verſuum nexu repudiato, conſcribere auſus eſt paſſim verſibus ſoluto loquutuſ, proſa oratione, ait Apulejus, in Flor.

Porro vetuſtus hoc Poëſis genus nihil habebat cum poſteriori Græcorum, & Romanorum commune, neque enim fabularum quodam contextu fluens oratio otioſorum animos detinebat, ſed philoſophicum quiddam ſpirans unâ ſimul delectabat pariter & docebat (k). Quare ſcitè admodum veteres Græci ſtudiorum exordium ſuis Poëſim ſtatuebant (l). Muſici, cæterique canendo instrumentis periti aptiſſimi etiam puerorum inſtitutores habebantur, cum artem excolerent quàm opportunam continendis in ordinem paſſionibus, & animis ad moderationem & ſapientiam formandis; quod ſolemne erat Pythagoricorum axioma. Porro Philoſophus ille tanquam Divinum aliquid & Cæleſte muſicam ſuſpiciebat, ſedandis mulcendiſque animi paſſionibus linimentum; inde auſpicari diem mandabat, inde meditationem & precem, ut ſpiritus in tranquillo conſtitutus inde ſe turbis negotiorum daret. Argumenta carminum non fabuloſe tantum origines Deorum, & Heroum, & laudes præbebant, ſed facta etiam hiſtorica, leges populorum (m) & Triumphatorum præclarè atque inſigniter geſta, triumpho, funera, & nuptiæ. Tandem Poëſis & muſicæ ſtadium poſt militares exercitationes maximè ſeria reputabatur, & virorum inſignium digniſſima apud veteres occupatio (n).

Heroes illi, quorum apud Veteres memoria, Muſicam colebant omnes, ut artem illam ignoraffe probro apud eos ducebatur. Chiron, Hercules, Achilles instrumentis ludere docti erant. Themiftocles oblatam ſibi in convivio lyram recuſans, illiberalis educationis ſuſpicionem præbuit; eò uſque

f Genef. 9. 25. 26. 27.
g Genef. 49.

h Strabo Geograph. lib. 1.

i Plin. lib. 7. Proſam orationem condere Pherecidas Syrius inſtituit; Cyri Regis aitate Hiſtoriam Cadmus Mileſius.

k Plato lib. 2. de legibus. l Strab. lib. 1. pag. 20.

m Vide Ariſtot. problem. n. 19. 59. Cicero Luſcul. l. 4.

n Cicero Tuſcul. lib. 1. Themiftocles in epulis cum recuſaſſet lyram, habitus eſt indoctior.

animos hominum tenerat perſuaſio, muſicam formandis hominibus neceſſariam eſſe. Optimè conſtituta urbium politia habebatur, quæ plus ſtudii in muſicam conſuſiſſet, ait Plutarchus lib. de muſica. Suus erat Muſicæ uſus in bellis, in cœtibus religioſis, in feſtis; & ſuus pariter in ſtudio Politices, Moralis, & Legiſprudentiæ. Muſicus enim perinde habebatur ac ſapiens (o), ſicut & imperitus aliquis rudique eo nomine exprimebatur: Amouſor. Is Græcorum guſtus.

Apud Ægyptios minor erat muſicæ honor, cum juxta Diodorum [p] Ægyptiis interdita eſſet, ſtadiumque illud non tanquam inutile tantum, ſed etiam pernicioſum haberetur. Inclinaſſe tamen in illam Ægyptiorum animos, maximè in cæremorus Religionis, S. Clemens Alexandrinus (q) inſinuans, ſupplicationem quandam Sacerdotum Ægypti deſcribit, cui Muſicus, Symbolum facultatis ſuæ ferens, quique memoriâ duos libros Mercurii tenet (primum nempe hymnorum in laudem Numinum, alterum inſtitutionum Regum) præibat. Quare non invita credimus, Diodori teſtimonium referendum eſſe ad Muſicam, qualis ætate ſua obtinebat, non ad veterem illam; cum teſte Platone de Leg. lib. 2. ſummo ſtudio incumbere Ægyptii ſervandæ Muſicæ à Patribus ſuis Numinibus conſecrate, in qua non minima Religionis & Politicæ portio. Job, qui apud Idumæos Moſis ætate florebat, non ſolum muſicæ & cantûs, ſed & instrumentorum pariter meminit [r]. Urbs Tyri muſicam amavit, quemadmodum ex Iſaia 23. 16. & Ezechiele 26. 13. intelligimus.

Barbare gentes nihil quidem literis mandabant, ſed hiſtorias ſuas, genealogias, & Religionem carminibus complexæ, ſervandas memoriæ tradebant, ut de Druidis apud Gallos, & Bardis apud Germanos & Britones relatum eſt; eorumque Sacerdotes instrumento non abſimili lyre uſos Diodorus Siculus eſt author. Cæterum Græcorum veterum muſica nihil theatris ſerviebat; nec magis apta mollibus quibuſdam paſſionibus excitandis habebatur; ſed maſculo vigore pollens, inſreñabat paſſiones, mores formabat, animum confirmabat, ac tandem in Deum & ſancta quæcumque reverentiam inſpirabat. Molle illud & pernicioſum Muſicæ genus recens obtinuiſſe, Plutarchus lib. de Muſica animadvertit; obſervans Platonem ideò potiſſimum muſicam à Republica ſua eliminari, quod additionibus pluribus & tranſmutationibus depravatam noſſet; i. e. abuſu muſicæ gratis ſuæ deterritum.

Modò ad muſicam Hebræorum, quos ſanè in ſtudio muſices nulli gentium ceſſiſſe ſatis conſtat. Paulò poſt relatum ex Ægypto pedem, Moſes Canticum digeſſit, de prodigioſa tranſtatione Erythræi gratias acturus; illud autem in cœtu Virorum concinit, cum interim Maria ejus ſoror tympanum, quale apud Veteres obtinebat, pulſans, idem Canticum palſens, choreas pariter cum ſono instrumentorum miſceret (s). Poſt impenſum aureo vitulo cul.

o Quintilian. lib. 1. Gellius lib. 20. cap. 11.

p Diodor. Sicul. Biblioth. lib. 1. pag. 51.

q Clemens Alexandr. lib. 6. Strom.

r Job 21. 11. 12.

s Exod. 15. 1. 20.

cultum. Populus ſedit manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere, ut legitur Exod. 32. 6.

Animadverſione dignum eſt, Moſem nihil in Legibus de muſicâ in Sacrificiis & ſolemniſſis Religionis adhibenda edixiſſe; juſſit tantum, itinere per deſertum, penè abſoluto, tubas (t) fabricari, tribus diverſis uſibus deſtinatas: 1. Ut ſacrificiorum ſolemniſſum & religioſorum conviviorum pompam augerent: 2. Ut exordium anni Jubilæi, Sabbatici, & menſium annunciant; 3. In bellis adhibebantur, quò militibus pugnandi ardor augetur, eò veluti ſigno Divinæ præſentiæ opifque ab eo præſtandæ exhibitio. Hos tantum religioſos muſicæ uſus in Libris Moſis invenimus. Nihil autem eâ de re Levitis à Legislatore injunctum, quibus unice mandatum eſt, ut ad nutum Sacerdotum Tabernaculo Domini ſervirent. Nihil illis de tubis permiſſum, quibus canere ſoli Sacerdotes juſſi ſunt; nec ſanè id muneriſ ab aliis præſtitum tum in bello adverſus Madianitas, cum in circumducendis copiis Jericho, & alibi ſapius. Is rerum ſtatus aduſque Davidis ætatem manſit.

Rex ille pietate inſignis, cum maximè in muſicam inclinaret, & instrumentis peritiſſimè luderet, ejuſdem muſicæ uſum in Tabernaculo Domini invehere conſtituit. Reputabat enim multum eâ re ad pompam & majeſtatem divini cultûs tum & leniendos populi mores collaturum. Ad hæc, auctor in immenſum Levitarum numero, è re eſſe videbatur, ut ſingulis aptas miniſterio ſuo, quo Domini obſequiis deſtinabantur, occupationes traderet. Cantica igitur ſcripſit, instrumenta etiam muſica conſtruenda curavit, quæ Levitis pulſanda tradens, juſſit inſuper carmina illa canere ante Dominum in ejus Tabernaculo, cæteriſque Religionis cæremoniis. Poſt ædificatum Templum res meliori ordine & pompâ proceſſit, atque intermiſſus in captivitate Babylonica uſus, eâ ſolutâ reſtitutus eſt, manſitque tandiù, quoaduſque univerſa Judæorum Republica à Romanis non exciſeretur.

Quò autem juſta concipiatur idea tum Hebræorum in muſicam eſtimationis, cum uſus illius in rebus ſacris & Templi; in medium proferenda cenſemus ea, quæ à Davide de ordine, numero, & diſtributione Cantorum ſancita ſunt. Inter duodecim Tribus Levitica Domini ſervitiis & cultui tota & unice deſtinata erat. Ex omnibus verdè ejuſdem Tribus familiis Aaronica tantum Sacerdotio ejuſque muneribus addita; cætere ſecundaria miniſteria ad nutum Sacerdotum præſtabant. Ex illis alii præ foribus Templi excubabant; alii verdè occupabantur, quâ laudibus Domini, quâ instrumentis canendo. Erant qui viſitatas ad Sacrificium pararent, hoſtias deglubentes, lavantes, concidentes, decoquentes, ac tandem ligna in uſum Altaris parantes.

Frequens ſemper Cantorum turba Templi ſervitiis aderat; nec rarè inter Cantores nomen ſuum addebant Levitæ fori.

bus Templi præſidentes; uti de Levitis & familia Core janitorum munus gerentibus memoriæ proditum legitur (u), cantafſe nimirum illos, ſicut etiam dictaſſe plures Pfalmos, eorum nomine inſcriptos. Leguntur etiam Coritæ inter Cantores ſub Joſaphat Rege (x). Obſequiis Templi ad dicti erant 4000. Janitores, totidem Cantores, & præterea 24000. Levitæ, variis gerendis miniſteriis occupati. Singuli alterno ordine miniſtrabant; ſed Prætorum, & Janitorum perpetuum erat munus. Porro ſerviebant in Templo 24. claſſes tam Sacerdotum, quàm Levitarum, quibus ſinguli 12. viri præerant, ut totus Prætorum numerus impleret 288. Præfectos Sacerdotum, Cantorum, Janitorum cæterorumque Miniſtrorum Templi (y). Ex eo Principum numero certum deduci poteſt argumentum de numero cæterorum Sacerdotum, & Levitarum, ex quo maximè labente Davidis Regno ſcribi cepti ſunt viri ab anno ætatis vigefimo.

Rebus muſicis in Templo præerant ſub Davide, & Salomone Aſaph, Heman, Idithum; ex quibus Aſaph quatuor erant liberi; Idithum ſex; Heman 14. omnes verdè illi 24. numero, totidem muſicorum claſſibus ſinguli ſingulis præfecti ſunt. Parebant cuilibet undecim alii Præfecti ſecundarii, vulgares Muſicos regentes ſimul & erudientes. Non abs re credimus, claſſes illas variorum instrumentorum ludendi peritiâ (z), ſimul & diverſo Templo, quem tenebant, loco diſtingui. Medium occupabant Caathitæ: lavam Meraritæ; dexteram Gerſonitæ (a). Filii Idithum canebant Kinnor; filii Aſaph Nabal, vel Pfalterio; filii Heman Menzilothaim, quod tintinnabuli cujuſdam genus credimus. Ita uni tantum instrumentum occupati, curas omnes ſuas eò intendentes, nec ad alia diſtracti, commodiùs perſciebantur. Certis proventibus eorum ſuſtentioni à Domino proviſum; & cum artem illam velut avitam in familia ſua haberent, ejuſque ſpecimen coram univerſo populo tribus vicibus quotannis ad Templum ventitantes exhibere cogebantur, hiſ veluti ſtimulis ad perfectionem artis incitatos fuiſſe credimus.

Profectò ſi publica Græciæ certamina, quæ totius Orbis ſpectatores evocabant, in quibus decreti victoribus honores & præmia, tantum ad perſciendas artes & gymnafica exercitamenta valebant; quis credat parum ad perſciendos Muſicos Templi contuliſſe, quòd ludere cogebantur coram univerſæ gentis concione; cum maximè peritiæ ſuæ hoc ſibi præmium ſpondere potuiſſent, potiùdè nempe totius claſſis ſuæ præfecturâ, quòd non inſimum habebatur familiæ decus & ornamentum? Erat etiam Levitarum Hebræorum nomen inter externos Muſicos inclutum. Plurimam illorum turbam tranſferendam curavit in Tranſephrathæa Nabuchodonofor, poſt everſam Jeruſolyam, eos verdè Babylonit non incurioſe rogabant, ut Pfalmos Sion cantarent. Sed Viri illi ſervitutem lugentes ſuam, muſica instrumenta,

u 1. Par. 26. 1

x 2. Par. 20. 19.

y 1. Par. 25. 7.

z Vide 1. Par. 25. 1-3.

a 1. Par. 4. 33. 34-39.